

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum diuisio sit sufficiens? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

dicitur esse viuentium, ex eo quod viuentia per hoc  
habent esse per suam formam, tali modo operantur.  
Ad secundum dicendum, quod vita vniuersaliter  
sumpta, non diuiditur per actiuam & contemplati-  
vam: sed vita hominis, qui speciem fortit ex hoc  
quod haber intellectum. Et ideo eadem est diuisio  
intellectus & vita humanae.

Ad tertium dicendum, quod contemplatio habet  
quidem quietem ab exterioribus motibus. Nihilomi-  
nis tamen ipsum contemplari est quidam motus intel-  
lectus, prout qualibet operatio dicitur motus: secun-  
dum quod dicit Philosophus in tertio de Anima,  
quod sentire, & intelligere sunt motus quidam, pro-  
ut motus dicitur actus perfecti. Et hoc modo † Dio-  
nys. 4. cap. de diuinis nominib[us], ponit tres motus † p. 1. pri-  
anim contemplantis, scilicet rectum, circularem, tu ame-  
& obliquum.

## ARTIC. II.

Vitrum vita sufficienter diuidatur per actiuam  
& contemplatiuam?

**A**d secundum sic proceditur. Videtur, quod vita,  
non sufficienter diuidatur per actiuam, & con-  
templatiuam. Philosophus enim in 1. Ethic. \* dicit,  
quod tres sunt vita maxime excellentes, scilicet vo-  
luptuosa, ciuilis, (qua videtur esse eadem actiuæ) &  
contemplatiua. Insufficienter ergo videtur diuidi vi-  
ta per actiuam & contemplatiuam.

**¶ 2** Præterea, August. 19. de ciuitate Dei\*, ponit  
vitam genera, scilicet otiosum, quod pertinet ad  
contemplationem; actuosum, quod pertinet ad vitam  
actiuam. Et addit tertium ex utroque compositum.  
Igo videtur, quod insufficienter diuidatur vita per  
actiuam & contemplatiuam.

**¶ 3** Præterea, Vita hominis diversificatur secun-  
dam quod homines diuersis actionibus student. Sed  
qua quām duo sunt humanarum actionum studia.  
Igo videtur quod vita debeat in plura membra diui-  
dū, quam in actiuum & contemplatiuum.

M m 4 S E D

847  
sup. ar. 1.  
¶ loc. ibi  
notat. ¶  
con. c. 92.  
§. 4.  
\* cap. 5.

c. 19 et c.  
2. 10. 5.

552 QVÆST. CLXXIX. ART. II.  
S E D contra est , quod istæ duæ vita significantur  
per duas vxores Iacob. Actiuæ quidem per Liam, con-  
templatiua verò per Rachelem . Et per duas mulieres  
quæ dominum hoipitio receperunt : contemplatiua  
quidem per Mariam ; actiuæ verò per Mariam , ve  
Gregorius dicit \* in sexto Moralium . Non tamen esse  
hæc congrua significatio , si essent plures quam de  
vita . Ergo sufficienter diuiditur vita per actuum &  
contemplatiuam .

exp. 28. a  
med. G  
ho. 14. in  
Ezech. a  
med.  
act. p̄. c.  
ad 1.

RESPONDEO dicendum , quod sicut dictum est † ,  
diuīsio ista datur de vita humana , qua quidem acci-  
ditur secundum intellectum . Intellectus autem diuidi-  
tur per actuum , & contemplatiuum : quia finis intellectu-  
m actiæ cognitionis , vel est ipsa cognitionis veritatis , qui  
pertinet ad intellectum contemplatiuum : vel est ad  
qua exterior actio , quod pertinet ad intellectum præ-  
dicium sive actuum . Et ideo vita etiam sufficienter  
uiditur per actuum & contemplatiuum .

Ad primum ergo dicendum , quod vita volgari  
ponit finem in delectatione corporali , qua communis  
est nobis & brutis . Vnde sicut Philosophus † ibidem  
dicit , est vita bestialis . Propter quod non compre-  
ditur sub præsenti diuīsione , prout vita humana di-  
ditur in actuum & contemplatiuum .

Ad secundum dicendum . quod media confun-  
ditur ex extremis : & ideo virtute continentur in eis  
tepidum in calido & frigido , & pallidum in soli  
nigro . Et similiter sub actiuæ & contemplatiuuæ  
prehenditur id quod est ex vtroque compositi . Et  
tamen sicut in quolibet mixto prædominatur aliud  
simplicium ; ita etiam in medio genere vite supera-  
dat quandoque quidem contemplatiuum , quandoque  
verò actuum .

Ad tertium dicendum , quod omnia studia huma-  
na actionum , si ordinentur ad necessitatem prædicta-  
vitæ secundum rationem rectam , pertinent alii vi-  
tam actiuam , quæ per ordinatas actiones constitue-  
cessit in vita præsentis . Si autem deferviant incon-  
pletam

li 1. c. 5.  
p. 5.

piscientia cuiuscumque, pertinent ad vitam voluptuosam, quæ non continetur sub vita actiua. Humana vero studia, quæ ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplatiuam.

## QVÆST. CLXXX.

*De vita contemplatiua, in octo articulos diuisa.*

D Einde considerandum est de vita contemplatiua.

¶ Et circa hoc queruntur octo.

¶ Primo, vtrum vita contemplatiua pertineat tantum ad intellectum, an consistat etiam in affectu?

¶ Secundo, vtrum ad vitam contemplatiua pertineant virtutes morales?

¶ Tertio, vtrum vita contemplatiua consistat solum in uno actu, aut in pluribus?

¶ Quarto, vtrum ad vitam contemplatiua pertineat consideratio cuiuscumque veritatis?

¶ Quinto, vtrum vita contemplatiua hominis in hoc statu possit eleuari usque ad Dei visionem?

¶ Sexto, de motibus contemplationis, quos Dionysius assignat quarto capite de Diuinis nominibus.

¶ Septimo, de delectatione contemplationis.

¶ Octavo, de duratione contemplationis.

848

*inf ar. 2.**ad 1. Q.**a 7. ad 1.**Et 3 d. 35**q. 1. ar. 2.**Et ver. q.**12. a. 11.**ad 11.**† 1. 2. te. 3**10. 3.**1. 6. c. 28.**cir. med.**et Ho. 14**in Eze.**a med.**\* Ho. 14**cir. med.*

## ARTIC. I.

*Vtrum vita contemplatiua nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu?*

A D primum sic proceditur. Videtur, quod vita contemplatiua nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu. Dicit enim \* Philosophus in 2. Metaph. quod finis contemplationis est veritas. Veritas autem pertinet ad intellectum totaliter. Ergo videtur quod vita contemplatiua totaliter in intellectu consistat.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit in sexto Moral. quod Rachel, quæ interpretatur utrum principium, vitam contemplatiua significat. Sed visio principij pertinet propriè ad intellectum. Ergo vita contemplatiua propriè ad intellectum pertinet.

¶ 3 Præterea, Greg. dicit \* super Ezech, quod ad vitam contemplatiua pertinet ab exteriori actione ne quiete.